Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De duobus amantibus Euryalo et Lucretia

Pius <II., Papst>

[Köln], [um 1495]

Sequitur epistola bona et pulcra

urn:nbn:de:bsz:31-289388

Visual Library

iam inquit fructū ſumamus amoris Rem verbis ingerebat
Obſtabat mulier curamqꝫ ſibi honeſtatis ⁊ fame eſſe dice
bant.nec aliud eius amorez q̄ꝫ verba ⁊ oſcula poſcere Ad
que ſubridens Eurialus Aut ſcitū eſt inquit me huc veniſſe
aut neſcitū.Si ſcitum nemo eſt que non cetera ſuſpicetur.
Sin vero neſcitum.⁊ hoc quoqꝫ ſciet nullus. Hoc pignus
amoris eſt moriar priuſq̄ꝫ hoc careaz. Ach ſcelus eſt inquit
Lucreſia. Scelus eſt inquit Eurialus bonis nō vti cū poſ/
ſis. An ego occaſionē mihi conceſſam tum queſitā. tum op
tatam mitterem. Acceptaqꝫ mulieris veſte. pugnantem que
vincere nolebat.ab negotio vicit. Nec veneris hoc ſacietatē
vt Hamoni cognita Tamer peperit.ſed maiorē ſitim excita
uit amoris. Memor tamen diſcriminis Eurialus poſtq̄ꝫ vi
ni cibiqꝫ pauliſꝑ hauſit repugnāte lucreſia receſſit. Nec ſini
ſtre quiſpiā ſuſpicatus eſt ꝙ vnꝰ ex baiulis putaret᷑.

Sequit᷑ epiſtola bona ⁊ pulcra.

On cogitabā ad veterū ſcripta quiſ amorez ex venere
vulcanoqꝫ natū puerū cecū alatum ſagittā in manibꝰ
habentē dicūt Quibꝰ vires ac mulieres feriens ar/
dorē dilectionis infunderet.quem Ouidius in te arte cupi/
dinem appellat.de quo apud virgiliū legimus. Nūc ſcio q̇d
ſit amor duris in cotibꝰ illum. Iſmarus aut rodope aut ex/
tremi garanātes.nec generis puerorū nec ſanguinis edunt
Sed error hic mortalis populis fuit qui verū attingere non
potuit amor.vt in tragedijs inquit ſeneca. Nihil aliud eſt ni
ſi vis quedā magna mentis.blanduſqꝫ animi calor.iuuenta
gignitur luxu ocio ⁊ inter leta fortune.bona nuritur vt Oui
dius in primo de remedio amoris docet Ocia ſi tollas pere
re cupidinis arcus Hic mentem hominis eripit.iudiciū om
ne peruertit.ſenſuz ebetat.animū extinguit. hec in mente nō
habui. Quoniam qui mulierez diligit non in ſe ſed in illa vi
uit Quid igitur peius eſt q̄ꝫ viuentem non viuere.ſenſum ha
bentem non ſentire.q̄ꝫ oculis preditum non videre.equidē q̄
amat in aliuz mutat᷑ virum. Nec loquitur qui facit que ante
ſolebat. Hinc permeno apud therēciū. Dij boni q̇d hoc mor

bi eſt Adeon hominē mutari ex amore non cognoſcas eun
dem eſſe putabat comicus morbū eſſe amorē. Nec male pu
tat. nam ⁊ apud macrobiū luxuriā que vel mater amoris eſt
vel filia deterrimi morbi partē ypocras eſſe dicit. Sed cecꝰ
amor in mentē meā. hec maiorū dicta ꝯuenire nō ꝑmiſit de/
ceptus fere atqꝫ ita mutatus vt me hominē vix cognoſcere
potui Cogitabā tñ ꝙ nō ſic me pater admonuit ⁊c̄.

O mirabatur ſeipſum Eurialus dum viam perge/
ret. O ſi nūc ſe obuium mihi daret ceſar. meqꝫ agno
ſceret. quā illi habitus hic ſuſpitionem faceret. q̄ꝫtum
me rideret Fabula omnibꝫ eſſem ⁊ illi iocus. nunq̄ꝫ me miſ/
ſum faceret donec ſciret omnia Dicendū ſibi eſſet quid hec
ruſtica veſtis vellet. Sed fingerem non hanc ſed aliā me di
cerem adijſſe matronam Nam ⁊ ipſe hanc amat. nec ex vſu
eſt meum ſibi amorem patere Lucreſiam nunq̄ꝫ proderem
que me ſuſcepit ſeruauitqꝫ. Dum ſic loquitur Niſum acha/
ten Pliniūqꝫ cernit. eoſqꝫ preit. nec prius ab his cognitus ē
q̄ꝫ domi fuit. Ubi poſitis ſaccis pretextaqꝫ ſumpta rerum
pandit euentum. Dumqꝫ quis timor quod gaudium inter/
ceſſit memoriter narrat nunc timenti ſimilis nunc exaltanti
fit. Inter timendum autē. heu me ſtultum inquit. femine me
um cōmiſi caput Non ſic me pater āmonuit dum me nulli/
us femine fidem ſequi debere docebat. Ille feminam dice/
bat animal eſſe indomitum. infidum mutabile. crudele. mil
le paſſionibꝫ deditum. Ego paterne immemor diſcipline vi
tam meam muliercule credidi. Quid ſi me oneratum frumē
to aliquis agnouiſſet. quod dedecus. quenam infamia mihi
et meis poſteris eueniſſet Alienū me ceſar feciſſet tanq̄ꝫ leuē
et inſanū potuiſſet me contemnere. Quid autē ſi me vir dum
ſcrinia verſat latentem inueniſſet. Seua eſt lex iulia mechis
Exigit tamen dolor mariti maiores penas q̄ꝫ lex vlla conceſ
ſerit. Necat hec ferro. necat ille cruentis verberibꝫ. Sed pu
temus virū pepciſſe vite mee. num me in vinculis ꝯieciſſet:
aut infamem. Ceſari tradidiſſꝫ. Dicamus ⁊ illius me ma/
nus effugere potuiſſe. quia inermis erat. quia mihi fidus en
ſis herebat lateri. At vir comitatꝰ erat ⁊ arma ex pariete pen

debant captu facilia. in domo longus famulorū ordo. Cla/
mores mox inualuiſſent ⁊ hoſtia fuiſſent clauſa. tum de me
ſuppliciū ſumptum fuiſſet. Heu me demētem. nulla me pru
dentia liberauit hoc diſcrimine. ſed caſus tantum. Quid ca
ſus Jmmo ⁊ promptū ingenium lucreſie. O fidam feminaʒ
o amatricem ſapientem. o inſignem ⁊ nobiliſſimuʒ amorem
cur me tibi non credam. cur tuam nō ſequar fideʒ. Mille mi
hi ſi aſſint ceruices om̄es tibi ꝯmittam. tu fidelis es. tu cau/
ta tu prudens ſcis amare ⁊ amentem tueri. Quis tam cito ex
cogitare potuiſſʒ viam qua me querētes auerter. vt tu ipſa co
gitaſti. Tu mihi hāc vitam ſeruaſti. eandeʒ tibi deuoueo. nō
meū eſt ſed tuū quod ſpiro. non erit mihi durum perdere pro
pter te quod per te teneo Tu vite mee ius habes. tu necis im
perium. O candidū ſpectus. o dulcē linguam. o ſuaues ocu/
los. o ingeniū velox. o membra marmorea. ſucciqꝫ plena qn̄
ego vos reuiſam. quādo iterum corallina labia mordebo. qn̄
tremulam linguam ori meo īmurmurātē denuo ſentiem Pa
pillas ne vnꝙ̄ illas retractabo. Paruʒ eſt ait o achate quod
in hac femina vidiſti. quo ꝓprior eſt femina eo formoſior eſt
Non candali regis Lidia formoſa vxor formoſior fuit ꝙ̄ iſta
eſt. non miror illum voluiſſe nudam ſatio demonſtrari vt ple
nius ſumeret gaudiū. Ego quoqꝫ itidem facerem ſi facultas
eſſet Lucreſiam tibi nudam oſtenderē. Aliter autē nec effari
quāta ſit eius pulcritudo. nec tu ꝙ̄ ſolidū ꝙ̄ plenū fuerit gau
dium potes ꝯſiderare. Sed ꝯgaude mecuʒ. qꝛ maior fuerat
mea voluptas ꝙ̄ vᷣbis queat exponi. Sic eurialus cū acha
te. nec pauciora ſecū lucreſia dicebat. Eius tamē tanto mi/
nor letitia fuit quo taciturnior. Aliјs fidē nō habuit vt rē poſ
ſet referre. Soſie pre verecūdia totū nō audebat narrare.

Acorus interea pannonius eques. domo nobilis qui
cesarem ſequebatur ardere lucreſiam cepit. Et quia for
moſus erat readmari putabat ſolamqꝫ femine pudiciciaʒ ob
ſtare ſibi rebatur. Jlla ſicut mos eſt noſtris dominabus om
nes vultu blando intuebatur. Ars eſt ſiue deceptio potius
ne verus amor palam fiat. inſanit Pacorus nec cōſolari po
teſt niſi Lucreſie mentem perſentiat. Solent matrone ſenē/

ſes ad primũ lapidem ſacellum diue Marie quod in bethle em nũcupant ſepius viſitare. Hũc lucreſia duab9 comitata virginib9 ⁊ anu quadã ꝓficiſcebatur. Sequit̃ Pacorus vio lam in manu geſtans deauratis folijs. in cuius collo epiſto/ lam amatoriã ſubtilib9 inſcriptam membranis abſconderat Nec mirere. Tradit em̃ Cicero yliadẽ omnẽ ita ſubtiliter ſcri ptam ſibi oſtenſam fuiſſe vt teſta nucis clauderet̃. Offert vio lam lucreſie ſeq3 cõmendat Pacorus. Reſpuit donũ Lucre ſia. inſtat pacorus magnis precib9. Tum anus. Recipe in/ quit hera donatũ florem. Quid times vbi nullũ eſt periculu3 parua res eſt qua potes hũc militem placare. Secuta eſt lu creſia anilẽ ſuaſionẽ violamq3 recipit. Parũper vltra ꝓgreſ/ ſa violã alteri ex virginib9 dedit. Nec diu poſt obuiam facti ſunt duo ſtudentes qui virgũcula3 vt ſibi florem traderet nõ magno negotio induxerũt. Apertoq3 viole ſtipite carmẽ ꝑ/ gratũ eſſe matronis noſtris. poſtq̃3 ceſaris amatoriũ inuene runt hoc hominũ genus poſtea q̃3 curia ſenas venit irrideri deſpici ⁊ odio haberi cepit. q2 plus armorũ ſtrepitus q̃3 litte rarũ lepor noſtras feminas oblectabat. Hinc grandis liuor etſi multas ingens erat. querebantq3 toge vias om̃es quib9 poſſint nocere ſagis. Ut ergo viole dolus pateret ad mene/ laum mox itur. epiſtolamq3 vt legat rogatur. Jlle meſtus do mũ ꝑgit vxorẽ increpat. domũq3 clamorib9 implet. Negat ſe ream vxor. remq3 geſtam exponit. ⁊ anus adducit teſtimoni um. Jtur ad ceſarem fit querela. vocatur pacorus. Js crimẽ fatetur. petenſq3 veniã nunq̃3 ſe poſthac lucreſiã vexaturũ iu reiurando ꝯfirmat. Sciens tamẽ iouẽ nõ iraſci ſed arridere ꝑiurijs amantũ ſterilẽ flamma3 vt magis ꝓhibitus erat eo diligentius ſequebat̃. venit hyems. excluſiſq3 nothis ſolum boreã admittebat. Cadũt ex celo niues. ſoluitur in lutum ci uitas. iactant matrone in vicos. iuuenes in feneſtram niue3 Hinc nactus et occaſionem Pacorus epiſtolam alteram ce ra includit. cerãq3 niue tegit ⁊ cingit. factaq3 pila in feneſtra3 lucreſie iacit. Quis non omnia regi fortuna dicat. Quis nõ fauorabilem eius cupit flatum. Fati em̃ plus valet hora be nigni q̃3 ſi te veneris ꝯmendet epiſtola marti. Dicũt quida3

nil eſſe qđ in ſapiente queat fortuna. Hoc ergo his ſapiētibꝫ
ꝯcedo qui ſola virtute gaudent. qui ⁊ pauperes ⁊ egroti ⁊ in
equo phalaris clauſi vt tam ſe credūt poſſidere beatam qua/
lem nullū adhuc vidi vel fuiſſe putarim. Cōmunis hominū
vita fauoris fortune indiget. hec q̄s vult eleuat. ⁊ quos vult
deprimit Quis pacorū perdidit niſi fortuna. Nōne pruden
tis conſilij fuit in nodis viole clauſiſſe tabellas. ⁊ nūc bene/
ficio niuis epiſtolam tranſmiſiſſe. Dicet aliquis cautius fie
ri potuiſſe ꝙ ſi hoc ꝯſilium iuuiſſet fortuna ⁊ cautꝰ hic ⁊ pru
dētiſſimus iudicatus fuiſſet. Sed obſtans fatum pilā ex lu
creſie manibꝫ lapſam apud ignem duxit. vbi ſolutis calore ni
uibus liquefactaq; cera tabellas manifeſtauit. quas tum ve
tule que ſe calefaciebant. tum menelaus qui aderat ꝑlege/
runt. nouaſq; lites excitauerūt quas pacorus non excuſatio
ne ſed fuga vitauit. Hic rumor venit Eurialo. nam vir du
greſſus ⁊ actus pacori ſpeculatur miſi dijs euriali locum fa
cit. verūq; eſt quod dici ſolet. Non facile cuſtodiri qđ a pluri
bus impugnatur. Expectabant amantes poſt primū concu
bitū ſecūdas nuptias. viculus inter bedes lucreſie atq; vici
ni parctus erat. per quem pedibꝫ in vtrūq; parietem porrec/
tis in feneſtraȝ lucreſie haud difficilis p̄bebatur aſcēſus Sȝ
huc aſcendere ſolum noctu licebat Menelao petenduȝ rus
erat: ibiq; ꝑnoctandū qui dies ab amātibꝫ tanq̄ ſaturnalio
rum expectabať. Fit receſſus Mutatis eurialus veſtibꝫ in
viculū ſe recepit. ſtabulū illic menelaus habebat qđ eurialꝰ
(docente Soſia) ingreſſus eſt. Ibi nocte manens ſub feno
latebat. Tum ecce dromo qui erat menelai ſecūdus famulꝰ
equis p̄ poſitus. impleturuſq; preſepia. fenum ex euriali late
re ſuſcipit. eratq; amplius ſuſcepturus ac curialū furca ꝑcuſ/
ſurus niſi ſoſias obuiaſſet Qui vt diſcrimen agnouit da mi
hi hanc operam inquit frater bone. ego pabulum equis pre
bebo. Tu interea loci vide an nobis cena inſtructa ſit. gau/
dendū eſt dum herus abeſt. melius eſt nobis cuȝ domina q̄
cum illo. hec iocūda eſt ⁊ perliberalis. ille iracūdus. clamoro
ſus. auarꝰ. difficilis. nūq̄ nobis bū eſt dū ille adeſt. vides ꝙ
vētres nrōs iniq̄ caſtigat medio. q̄ ſemꝑ eſurit vt nos fame

cruciet. nec ſinit muſcida fruſtra cerulei panis ꝯſumi ſed he/
ſternū numida ſeruat in menſem. vniuſcuiuſqꝫ cene ſilucos ⁊
guillas ſalſas in alteram differt. ⁊ numerata fila ſectilis por
ri ne quid tangamus ſignata recludit Miſer qui per hec tor
menta querit diuitias. Nam ſtultius nil q̄ꝫ viuere pauperez
vt locuples moriaris. Quanto melius nobis cum hera que
contenta vitulis nos paſcere ⁊ teneris hedis. gallinas quoqꝫ
turdoſqꝫ miniſtrat ⁊ vini copiaz melioris. J. dromo cura vt
quamūcta popina ſit. Jſtud inquit dromo curam habebo. ⁊
menſam potius q̄ꝫ equos fricabo. Herum ego hodie in rus
deduxi quod ſibi male ſuccedat. nunq̄ꝫ mihi verbū dixit. ni/
ſi veſperi cum me remiſit ⁊ equos. renūciariqꝫ domine iuſſit
non ſe rediturum hac nocte. Ach laudo te Soſia qui tandē
odire cepiſti domini mores. Ego iam mutaſſem domū niſi
me domina matutinis retinuiſſet offellis. nihil dormienduz
eſt hac nocte. bibamus voremus donec veniat dies. nō tan
tum per menſem lucrabitur herus quātum nos vna cena cō
ſumemus. Audiebat hec eurialus libens. tam etſi mores ſer
uorum notabat et idem ſibi fieri non dubitaret. Et cum dro
mo abiſſet aſſurgens eurialus O q̄ꝫ inquit beatam noctem
Soſia tuo beneficio ſum habiturus. qui me huc duxiſti. et
ne patefierē probe curaſti. vir bonus es meritoqꝫ te amo nec
tibi non gratus inueniar Aderat hora preſcripta. letus euria
lus q̄ꝫuis duobus perfunctus diſcriminibꝰ muruz aſcendit
ad apertam feneſtram ſubintrat. Lucreſiam iuxta foculum
ſedentem paratiſqꝫ obſequijs expectātē reperit. Jlla vt amā/
tem cognouit aſſurgens medium cōplexa eſt. fiunt blandicie
dantur oſcula. itur in venerez tenſis velis. feſſamqꝫ nauigio
citheream nunc ceres reficit. nūc bachus

Eu q̄ꝫ breues voluptates ſunt. q̄ꝫ longe ſollicitudi/
nes. vix horam Eurialus letam habuerat tum ecce
ſoſiam qui reditum menelai nunciat. gaudiumqꝫ per
turbat. Timens eurialus fuge ſtudet. Lucreſia menſis ab/
ſconditis obuiaz viro pergit. reuerſumqꝫ ſalutat. Et o mi vir
inquit q̄z bene rediſti. nā ego iam te re villica inuiſcatū rebar
quid tu tm̄ rure tam diu. caue ne q̄d olfaciam. cur non domi

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

manes. Quid me tua contriſtari abſentia ſtudes. Semꝑ dũ abes timeo tibi. Tum nequã ardeas formido. vt ſunt infidi vxoribꝰ ſuis viri. quo metu ſi vis me ſoluere. nunq̃ꝫ foris dormias. Nec eñ ſine te nox eſt mihi vlla iocunda. ſed cena hic iam. poſt cubitũ ibimꝰ Erant tum in aula vbi prandere familia ſolet. ibiq̃ꝫ virũ detinere lucreſia nitebatur. donec Eurialus abeundi ſpaciũ ſuſcepiſſet. cui neceſſaria ẽ morula q̃dam Menelaus aũt foris cenatus erat ſeq̃ꝫ in thalamũ recipere feſtinabat. Tum lucreſia parũ me amas inquit Cur nõ potius apud me cenaſti. Ego (ꝗa tu aberas) nec comedi hodie. nec bibi quicq̃ꝫ Venerũt tñ villici ex roſalia neſcio ꝗd vini portantes. optimũ eſſe ferebãt trebeanũ Ego pre meſticia nil guſtaui. nunc qñ ades eamus ſi placet in cellariũ introrſũ guſtemuſq̃ꝫ vinũ ſi (vt illi dixerũt) tam ſuauiſſimũ ſit. Hiſq̃ꝫ dictis laternã dextra. virum ſiniſtra manu recepit. ⁊ in intimũ penarij deſcẽdit tanq̃ꝫ diu nunc hunc. nunc illũ cadũ terebrauit. ac cum viro pitiſſauit. donec Eurialũ putauit abijſſe. Ac ita demũ ad ingratos hymeneos cũ viro tranſiuit Eurialus intempeſta nocte repetijt Sequẽti luce ſiue quod ex ſic expediebat cauere. ſiue ſuſpitio mala fuit. muro feneſtram menelaus obſtruxit Credo vt ſunt cõciues noſtri in cõiecturas acuti. ſuſpitionũq̃ꝫ pleni timuiſſe menelaũ loci cõmoditatẽ vtq̃ꝫ parũ videbat vxori occaſionẽ demere voluiſſe Nã ⁊ ſi nihil cõſciꝰerat ille veratã tñ feminã. mltiſq̃ꝫ dietim tẽptatam ꝓcibus nõ ignorabat. ⁊ animũ cognoſcebat mulieris inſtabilem. cuiꝰ tot ſũt volũtates quot in arboribꝰ folia. Sexꝰ eñ femineus nouitatis eſt auidus. raroq̃ꝫ virũ amat cuiꝰ copiam habet Sequebat̃ ergo viam maritorũ ꝓuulgatã. quorum opinio ẽ infortuniũ bonis excludi fortunis. Erepta eſt huic cõueniendi facultas. nec mittẽdis litteris ꝑmiſſa libertas ẽ. nam ⁊ cauponẽ (qui poſt edes lucreſie vinariã tabernã conduxerat. ex qua ſolebat Eurialus affari lucreſiã. ac litteras per arundinẽ mittere. ſicut menelaus ſuaſit) magiſtratus expulit. Reſtabat ſolus oculorꝫ intuitus. nutuq̃ꝫ tñ ſe cõſalutabant amantes Neq̃ꝫ iſtac amoris extrema lima cõmode ꝑ frui poterãt. Erat ingens dolor vtriq̃ꝫ. cruciatuſq̃ꝫ morti ſi/

milis. q2 nec amoris poterant obliuiſci nec in eo pſeuerare.
Dū ſic anxius Eurialus q̄d conſilij capiat meditat̄. venit in
mentē lucreſie monitū quod ſibi de pandalo ſcripſerat mene/
lai ſobrino. pitoſq3 medicos imitatus. quibus mos ē in peri
culoſis egritudinib9 anceps adhibere medicamētum ⁊ vltīa
potius experiri. q̄3 morbū ſine cura relinq̄re Aggredi pandalū
ſtatuit remediūq3 ſuſcipe. qđ antea refutabat Huic ergo ac/
cerſito ⁊ ī penitiorē dom9 partē vocato. Sede inquit amice
rem grandē tibi dicturus ſum. indigētē bis. quas in te ſcio ſi
tas diligentia. fide ⁊ taciturnitate. Volui hec dudū tibi di/
xiſſe. ſed non eras mihi adhuc plene cognitus. nunc ⁊ te no/
ſco. ⁊ quia probate fidei es. amo ⁊ obſecro. Quod ſi aliud a
te ſcirem ſatis eſt. quia om̄es tui cōſciues te laudant. tum co
mites mei. quibus cū amiciciā cōflauiſti. ⁊ qui ſis ⁊ quanti
pendendus me certū fecere. ex quib9 te capere meā beniuolē
tiam didici. cui9 iam facio participem. Quia nō minus illa
es dignus. q̄3 ego ſum tua Nunc quid velim quoniā inter a
micos res agitur paucis exponā Tu ſcis mortale genus q̄3
in amorē ſit pronū. ſeu virtutis ſit ſeu vicij late patet iſta cala
mitas. nec cor ē ſi modo carneū ē qđ amoris nō aliquādo ſen
tiat ſtimulos. Scis quia nec ſapientiſſimum ſalomonē nec
ſampſonem fortiſſimū illa paſſio dimiſit immunem. Incen
ſi preterea pectoris ⁊ amoris improbi ea natura eſt. vt ſi q̄s
prohibeatur magis ardeat. Nulla re magis iſta curatur pe/
ſtis quam dilecti copia Fuerunt plures tum viri tum mu/
lieres. tam noſtra q̄3 maiorum noſtroꝝ memoria. quibus in
hibitio duriſſime necis fuit occaſio. Cōtra vero pleroſq3 no
uimus qui poſt concubitū et amplexus, paſſim conceſſos
mox furere deſinerunt Nihil conſultius eſt poſtq̄3 amor oſſi
bus heſit q̄3 furori cedere Nam qui aduerſus tempeſtatē ni/
titur. ſepe naufragiū facit. Et qui obtemperat procelle ſupe/
rat. Hec ideo dixi quia te ſcire meū amorē volo. ⁊ quid mei
cauſa ſis facturus. Tum qđ emolumētum huic ſit oriturū. ni
hil tibi tacebo. quia iam mei cordis alterā te repeto partem.
Ego lucreſiam diligo. neq3 hoc mi pandale mea culpa eſt fa/
ctum. ſed regente fortuna. in cui9 manu eſt totus quē coli/

mus orbis Mihi non erant noti mores veſtri nec huius vr
bis conſuetudines norē· Putabā ego feminas veſtrates qđ
oculis monſtrant. in corde ſentire. hinc deceptus ſum Cre/
didi nanqȝ amatum me lucreſie fore. dum me luminibꝫ intue
batur placidis. cepiqȝ contra diligere. Nec te elegantē domi
nam dignā putaui. cui vices nō redderētur amoris Nondū
te noui vel tuū genus amaui putans amari Quis em̄ tam ſa
xeus ē aut ferreus. qui nō amet amat⁹. Sed poſtq̄ȝ fraudes
noui meqȝ irritū. ne meus ſterilis eſſet amor niſus ſum om̄i/
bus artibus illā incendere. vt par pari referer̄ Ardere nanqȝ
nihilqȝ vrere. tum robor erat. tū anxietas animi. que me die
noctuqȝ. mirūimmodū cruciabat. Et eram adeo introrſus
vt egredi nullo pacto valerem. Factum eſt igitur vt me con
tinuante par ſit amor amboꝝ. illa incenſa eſt. ego ardeo. am/
bo perimus Nec remediūȝ protelande vite videmus vllum
niſi tu ſis adiumēto Uir cuſtodit ⁊ frater Nō tam vellus au
reum peruigil draco ſeruabat. nec aditū orci cerberus q̄ȝ iſta
diligenter recluditur Noui ego familiā veſtrā. ſcio quia no/
biles eſtis inter primores vrbis diuites amati. vtinaȝ nunq̄ȝ
nouiſſem hanc feminā. Sed quis eſt qui poſſit reſiſtere fatis
Non elegi hanc. ſed caſus dedit amandā. Sic ſe res habȝ te
ctus adhuc amor. Sed niſi bene regatur. magnū adhuc qđ
ſuperi auertāt malū pariet· Poſſem ego me fortaſſis cōpeſce
re ſi hinc abirē. qđ quanq̄ȝ eſſet mihi grauiſſimū facerē tū vr̄e
familie gratia. ſi hoc putarē ex vſu fore Sed noſco illius furo
rem. aut me ſequerer̄. aut manere coacta. manus ſibi cōſciret
qđ eſſet domui veſtre dedecus ꝑpetuū. q̄r igitur te volebam
te vocabā veſtra cauſa ē vt obuiem⁹ his malis. Nec alia via
niſi vt amoris noſtri aurigā te p̄beas cureſqȝ vt bū diſſimu/
latus ignis fiat opertus. Ego me tibi cōmēdo. do. deuoueo.
obſequere noſtro furori. ne dū oppugnatur magis incendar̄
Cura vt ſimul cōuenire poſſum⁹ quo facto magis humilia/
bir̄ ardor. tollerabiliorqȝ redder̄. Tute ſcis aditus domus.
ſcis qn̄ vir abeſt. ſcis quō me valeas introducere Frater viri
auertēd⁹ ē. q̇d ē ad has res nimiū ꝑſpicax lucreſiamqȝ tan/
q̄ȝ locum germani tenet. magnaqȝ cura cuſtodit. inuerſaqȝ

lucreſie verba euerſas ceruices.gemitus.ſereatus .tuſſim.ri
ſus attente conſiderat. Hunc eludere ſententia eſt.nec ſine te
fieri poteſt Aſſis ergo ⁊ qñ affuturus ſit vir.me inſtrue.rema
nentēqꝫ fratrē diuerte.ne cuſtos affixus lucreſie ſit. neue cu/
ſtodes adhibeat alios. Tibi credet ⁊ qđ dij faxint hanc tibi
ꝓuinciam foꝛtaſſe cōmittet Quā ſi ſuſceperis ⁊ me iuueris vt
ſpero.in vado res eſt Poteris em̄ me clam dum ceteri doꝛ/
mient intromittere ⁊ amoꝛē lenire furentē Ex his qđ emer/
gant vtilitates.arbitroꝛ te pꝛo tua pꝛudentia palam cernere.
Seruabis nanqꝫ in pꝛimis honoꝛē domus. amoꝛē teges q̄
non poſſet abſqꝫ veſtra infamia manifeſtari Sobꝛinā tuam
in vita tenebꝛis Menelao vxoꝛē cuſtodies.cui nō tam obeſt
vna nox mihi conceſſa neſcijs oībus.q̄ꝫ ſi ſciente populo illā
perdiderit me ſequētē Senatoꝛi romano ſecuta ē ippia ludū
ad pharon foꝛmoſaqꝫ menia lagi. Quid ſi me domi nobilem
atqꝫ petētē ſequi ſtatuat. O qđ dedecus veſtri gñis.qui popu/
li riſus.q̄ nedū veſtra ſed totius vꝛbis infamia Diceret foꝛ/
ſan aliquis Abſumēda potius ferro aut extinguēda veneris
eſt mulier q̄ꝫ id agat Sed ve illi qui ſe humano ſanguīe pol/
luit.⁊ maioꝛi ſcelere vindicat minus. Non augēda ſunt ma/
lu ſed minuēda Nos hoc ſcimus ex duobꝫ bonis melius eli
gendū.aut ex malo ⁊ bono qđ ſit bonū.ſed ex malis duobus
qđ minus obſit. Oīs via periculi plena eſt. ſed hec quā mō/
ſtro minus habet diſcriminis.per quā nedū ſanguini tuo cō
ſules.ſed mihi quoqꝫ ꝓderis qui pene inſanio .dum mei cau
ſa videro lucreſiā cruciari. Cui potius odio eſſe vellem q̄ꝫ te
rogare Sed hic ſumus.ea deducta res eſt. Et niſi tuis arti/
bus.tua cura ingenio atqꝫ ſolicitudine nauis regatur nulla
ſalutis ſpes maneat Iuua igit̄ ⁊ illā ⁊ me.tuāqꝫ domū abſqꝫ
nota cōſerua Nec me putes ingratū Scis apud ceſarē quā/
ti ſim.quicq̄d petieris impetratū tibi efficiā Et hoc ante oīa
tibi polliceoꝛ doqꝫ fidem Palatinū te comitē futurū.omnēqꝫ
tuāqꝫ poſteritatē hoc titulo gauiſurā. Ego tibi lucreſiā meqꝫ
et noſtrū amoꝛē ⁊ famā noſtrā ⁊ tui generis decus cōmitto.
tueqꝫ mando fidei Tu arbiter es oīa hec in te ſita ſunt. Vi/
de quid agas vt ſeruare potes ita ⁊ perdere.

Vbriſit his auditis Pandalus.factaqꝫ morula noraꝫ
hec euriale dixit. Et vtinā nō accediſſent.ſed eū in locū
ſicut abs te dictū eſt res redijt. vt neceſſe ſit me qđ iubes effi
cere.niſi et noſtrū genus affici ꝯtumelijs ⁊ ſcandalū ingens
cupiam exoriri. Ardet mulier ſicut dixiſti ⁊ impotens ſui eſt.
niſi occurre ferro ſe confodiet.aut ex feneſtris ſe dabit preci/
pitem.nec vite iam ſibi nec honoris eſt cura ipſa mihi ſuū ar
dorem patefecit. Reſtiti.increpaui.lenire flāmā ſtudui.nihil
profeci.om̄ia p̄ter te paruifacit.nihil niſi te curat.tu illi ſemꝑ
in mente ſedes.te petit.te deſiderat.te ſolum cogitat. Sepe
me vocitans audi p̄cor. Euriale dixit Sic mulier ex amore
mutata eſt vt non eadē videat᷑. Heu pietas heu dolor. nulla
in vrbe tota vel caſtior vel prudētior lucreſia fuit. Mira res
ſi tantū iuris natura dedit amorē in mentes humanas. Me
dendū eſt huic egritudini nec alia cura eſt niſi quā tu monſtra
ſti. Accingā me huic operi teqꝫ dū tempus erit ꝯmonefaciaꝫ
Nec ex te gratiā quero.quia nō eſt officiū boni viri cū is ni/
hil promereat᷑ gratiā poſcere. Ego vt vitē infamiā noſtre im
minentē familie hoc ago. Qđ ſi tibi ꝯducit nō ꝓpterea ſum p̄
miandus. At eñi Eurialus inq̇t Ego vel ſic tibi gratiam ha
beo ⁊ creari te comitē (vt dictū eſt) faciā. Tu mō dignitateꝫ
iſtam nihil ſpernas. Non ſperno inq̇t pandalus .ſed ne hinc
ꝑfecta ſit volo. Si ventura eſt libere veniat.nihil ego ꝯditi
onale facio. Si potuiſſet hoc te neſciente fieri. mea vt opera
apud lucreſiā eſſes libentius id egiſſem Vale. Et tu vale re/
tulit Eurialus poſtq̄ꝫ animū rediditi fac.finge.inueni.effice
vt ſil' ſumꝰ Laudabis inq̇t pandalus.letuſqꝫ obijt ꝙ tanti vi
ri gratiā inueniſſet.tum ꝙ ſe comitē fore iam ſperabat.cuius
dignitatis tanto erat auidior q̄ꝫto ſe minus cupere demon/
ſtrabat. Sūt eñi hoīes q̇dā vt mulieres. q̄ cuꝫ maxime nolle
dicūt tūc maixime volūt. Hic lenocinij mercedē ſortitus eſt
Comitatū ⁊ aureā bullā ſue nobilitatis poſteritas demon/
ſtrabit In nobilitate multi ſunt gradus mi Mariane. Et ſa
ne ſi cuiuſlibet originē queras ſicut mea ſentētia fert. aut nul
las nobilitates inuenies.aut admodū paucas que ſceleratū
nō habuerūt ortū. Cū eñi hos dici nobiles videas qui diui

ciȷ̈s habūdant. Diuitie vero virtutis ſunt comites. quis nō
videt ortū nobilitatis eſſe degenerē. Hūc vſure ditauerunt.
illū ſpolia. ꝑditiones alium. hic veneficiȷ̈s ditatus eſt. ille ad
ulationibꝫ. huic adulteria locuꝫ prebent. nōnullis mendacia
ꝓſunt. quidā faciūt ex ꝯiuge queſtū. q̇dam ex gnatis. pleroſqꝫ
homicidia iuuant. Rarus eſt qui iuſte diuitias ꝯgregat. ne/
mo faſcē amplum facit niſi qui oīnes metit herbas Cōgre/
gant hoīes diuitias multas. nec vnde veniāt ſed q̄ꝫ multe ve
niant querūt. oīnibꝫ hic verſus placet. Unde habeas querit
nemo ſed oportet habere. Poſtq̄ꝫ vero plena eſt archa tū no
bilitas poſcit᷑ que ſic queſita nihil eſt aliud q̄ꝫ p̄miū iniquita
tis. Maiores mei nobiles habiti ſunt. ſed nolo mihi blandi
ri. nō puto meliores fuiſſe prauos meos aliȷ̈s quos ſola excu
ſat antiquitas. q2 nō ſunt in memoria eoꝝ vicia. Mea ſentē
tia nemo nobilis eſt niſi virtutis amator. non miror aureas
veſtes. equos. canes. ordinē famuloꝝ. lautas menſas. mar
moreas edes. villas. predia. piſcinas. iuriſdictiones. ſiluas
nam et hec oīa ſtultus aſſequi poteſt quē ſi quis nobilē dixe/
rit ipſe fiet ſtultus Pādalꝰ noſter lenocinio nobilitatus eſt.

Non multis poſt diebꝫ rure inter Menelai ruſticos ri/
xatū eſt ⁊ occiſi nōnulli qui plus biberant opus fuit ad
res ꝯponendas Menelaon proficiſci Tum lucreſia mi vir
inquit grauis es homo debiliſqꝫ. equi tui grauiter incedunt.
quin gradarium aliquem recipe cōmodatum. Cūqꝫ ille per/
cūctaretur vbinā eſſet aliquis. optimū inquit Pandalus. ni
ſi fallor. Eurialus habet ⁊ tibi libens concedit ſi me vis pe/
tere Pete inquit Menelaus. rogatus eurialus mox equum
iuſſit adduci. idqꝫ ſui gaudiȷ̈ ſignū recepit. ſecūqꝫ tacite dixit
Tu meum equū aſcendes menelae. ego tuam vxorem equi/
tabo. Conuentū erat vt noctis ad horā quintā in vico Euri
alus eſſet. ſperaretqꝫ bene ſi cantantē pandalū audiret. abie/
rat menelaus. Jamqꝫ celū noctis obduxerant tenebre. muli
er in cubili tempus manebat. eurialus ante fores erat. ſignū
qꝫ morabatur. nec cantum audiebat nec ſcreatum Jam p̄te
rierat hora. ⁊ vt abiret Eurialus ſuadebat achates. deluſum
qꝫ dicebat. Durum erat amanti recedere. ⁊ nūc vnā nūc aliā

cauſam manendi querebat. nō canebat Pandalus qꝛ mene
lai frater domi manſerat. ⁊ oēs aditus ſcrutabat̄ ne q̄d in
ſidiarum fieret. noctemqꝫ trahebat inſomnē. cui Pandalus
nunq̄ꝫ ne hac nocte cubitum ibimus. Jam nox mediuꝫ poli
tranſcendit axem ⁊ me grauis occupat ſomnus Miroꝛ te cū
iuuenis ſis ſenis habere naturam quibꝫ ſiccitas ſomniū au/
fert. nunq̄ꝫ doꝛmiūt niſi paululū pꝛope diem duꝫ currus vol
uitur ſeptentrionalis. cum iam tempus eſſet ſurgendi. eamꝰ
tamen tandē doꝛmitum. quid ſibi he volunt vigilie. Eamus
inquit agamennon ſi tibi ſic videtur. antea tamē inſpiciende
ſunt foꝛes an ſatis firmate ſint ne furibꝫ pateant. Veniensqꝫ
ad hoſtium nūc vnam nūc aliam ſeram āmouit ⁊ peſſuluꝫ ad
didit. Erat illic ingens ferrū qꝫ vix duo poterāt eleuare quo
nūq̄ꝫ hoſtium claudebatur. Quod poſtq̄ꝫ agamennon āmo/
uere nō potuit. iuua me inquit pandale admoueamus ferruꝫ
hoc hoſtio. tum doꝛmitū ibimus. Audiebat hos ſermones
eurialus et actum eſt. tacitus ait ſi hoc ferramentum adiun/
gitur. Tum pandalus quid tu pares agamennon tanq̄ꝫ do/
mus obſidenda ſit firmare hoſtium paras. an tuta ſumus in
ciuitate. libertas hic eſt. et quies omnibꝫ eadem cum hoſtes
pꝛocul ſunt quibꝫ cum bella gerimus floꝛentini. Si fures ti
mes ſat clauſum eſt Si hoſtes nihil eſt quod in hac domo te
poſſit tueri Ego hac nocte non ſubibo onus. quia ſcapulas
doleo ⁊ infra ſum fractus. nec geſtandis oneribꝫ ſum idone/
us. aut tute leua aut ſine Vach ſatis eſt inquit agamennon
doꝛmitūqꝫ ceſſit. tum Eurialus manebo hic adhuc hoꝛam
ait ſi foꝛte aliquis adaperiat. Tedebat achaten moꝛe tacitus
qꝫ maledicebat curialo. qui ſe tam diu retineret inſomnē. nec
diu manſum, cum per rimulam viſa eſt lucreſia parum quid
luminis ſecum ferens. Verſus quam pergens Eurialus ſal
ue mi anime lucreſia dixit. At illa exterrita fugere pꝛimuꝫ vo
luit. Exinde recogitans Lucreſia quis tu es vir ait. Euria/
lus inquit tuus ſum. aperi mea voluptas, meumqꝫ gaudium
iam mediam noctem te hic operioꝛ. Agnouit Lucreſia vocē
ſed quia ſimulationem timebat non pꝛius auſa eſt aperire q̄ꝫ
ſecreta inter ſe tantum nota percepit. Poſt hec magno labo

re ſeras remouit.ſed qꝫ plurima ferramenta fores retinebant
que manus feminea ferre non poterat ad ſemipedis dũtaxat
amplitudinē hoſtiũ patuit. Nec hoc ait Eurialus obſtabit
extenuãſqꝫ ſuũ corpus ꝑ dextrũ latus intro ſe ꝯiecit. Mulie
remqꝫ mediã amplexatus Achates foris in excubijs manſit
Tum lucreſia ſiue timore nimio ſiue gaudio exanimata in/
ter euriali deficiens brachia pallida facta eſt. ⁊ amiſſo verbo
ac oculis clauſis ꝑ om̃ia ſimilis mortue videbatᷣ.niſi ꝙ ad/
huc calor pulſuſqꝫ manebãt Exterritus eurialus ſubito caſu
quid ageret neſciebat. Secũqꝫ ſi abeo inquit mortis ſum re
us qui feminã in tanto diſcrimine deſeruerim Sin maneo.
interueniet agamennon aut alius ex familia ⁊ ego perierim.
Heu amor infelix qui plus fellis q̃ mellis habes.nõ tã ab/
ſinthiũ eſt amarũ q̃ tu. Quot me iam diſcriminib⁹ obiecisti.
quot mortib⁹ meũ caput deuouiſti. Hoc nũc reſtabat vt me
is brachijs feminã exanimares.cur me nõ potius interemi/
ſti.cur me leonib⁹ nõ obiecisti.heu q̃ optabilius erat in hui⁹
me potius gremio q̃ iſtã in meo ſinu defeciſſe. Uicit amor
virũ.abiectaqꝫ ꝓpria cura ſalutis cũ femina mãſit.eleuanſqꝫ
altius mutũ corpus atqꝫ deoſculãs madidus lachrimis heu
lucreſia inquit.vbi nam gentiũ es.vbi aures tue.cur nõ re/
ſpondes.cur nõ audis.aperi oculos obſecro meqꝫ reſpice.ar
ride mihi vt ſoles tuus hic eurialus aſſum.tu⁹ te amplectitᷣ
eurialus.cur me nõ ꝯtrabaſias Miror abiſti an dormis vbi
te querã.cur ſi mori volebas non me monuiſti vt occidiſſem
vna.niſi me audis en iam latus meũ aperiet gladius.⁊ ãbos
habebit exitus vnus Ach vita mea.ſuauiũ meũ.delicie mee
ſpes vnica.integra quies.ſiccine te lucreſia ꝑdo Attolle ocu
los.eleua caput.nondũ mortua es. Uideo adhuc cales.ad/
huc ſpiras.cur mihi nõ loquaris. Sic me recipis ad hec me
gaudia vocas.hanc mihi das noctem.aſſurge oro requies
mea.reſpice tuũ Eurialum.aſſum tuus eurialus: Ac ſic fa/
tus lachrimarũ flumen ſuper frontẽ ⁊ mulieris timpora plu
it.quibus tanquã raſis aquis excitata mulier quaſi de graui
ſomno ſurrexit.amantemqꝫ videns heu me inquit Euriale
vbinam fui.cur non me potius obire ſiniſti beata iam mori/

bar in tuis manibus Utinā ſic excederē anteq̄ꝫ tu hac vrbē diſcederes.

Um ſic inuicē fantur in thalamū pergūt Ubi talem noctem habuerūt.qualē credimus inter duos amantes fuiſſe poſtq̄ꝫ manibꝰ altis raptā helenā par abduxit. Tanq̄ꝫ dulcis nox iſta fuit vt ambo negarent tā bene inter martē venerēqꝫ fuiſſe. Tu meus es gammides.tu meus ypolitus.diomedeſqꝫ meus dicebat lucreſia Tu mihi polixena Eurialus referebat tu emilia.tu venus ipſa.et nunc os nunc genas nūc oculos cōmendabat.Eleuataqꝫ nōnunq̄ꝫ lodice.ſecreta q̄ nō viderat ante hac cōtemplabat et plus dicebat inuenio q̄ꝫ putarē. Talem lauantē vidit acthеon in fonte dyanā. Quid his mēbris formoſius quid candidius . Jam redemi periculo quid eſt qđ ꝓpter te nō debeat ſuſtineri. O pectus decorū.o papille p̄nitide. Uos ne tango. vos ne habeo.vos ne meas incidiſtis manus O teretes artus. o redolens corpus.te ne ego poſſideo.nūc mori ſacius eſt.qn̄ hoc gaudiū eſt recens.ne qua interueniat calamitas Anime mi teneo te.an ſomnio. Uera ne iſta voluptas eſt.an extra mentem poſitus ſit reor.nō ſomnio. certe vera res agitur. O ſuauia baſia.o dulces amplexus. O melliflui morſus nemo me felicius viuit.nemo beatius. Sed heu q̄ꝫ veloces hore. Inuida nox cur fugis.mane appollo. mane apud inferos diu. Cur equos tam cito in iugū trahis.plus graminis edant.da mihi noctē vt alcmene dediſti.cur tu iam repente titoni tui cubili relinquis aurora . Si tam illa grata eſſes q̄ꝫ mihi lucreſia.haud tam mane ſurgere te permitteret. Nunq̄ꝫ mihi nox viſa eſt hac breuior.quāuis apud britānos dacboſqꝫ fuerim. Sic eurialus.nec minora dicebat lucreſia. Nec ſoſculū nec verbū irrecōpenſatū preterijt .ſtringebat hic. ſtringebat illa.nec poſt venerē lapſi iacebāt. Sed vt antheus ex terra validior reſurgebat.ſic poſt bellū alacriores iſti robuſtioreſqꝫ fiebant. Nocte pacta cum crines ſuos ex oceano tolleret aurora diſceſſum eſt.nec poſt multos dies redeundi copia fuit creſcentibus dietim cuſtodijs ſed omnia ſuſperauit amor. Viāqꝫ tandem cōueniēdi reperit.qua ſe xſi amantes ſunt. In

terea ceſar (qui tã eugenio recõciliatus erat) romã petere de/
ſtinauit. Sentit hoc lucreſia. quid enĩ nõ ſentit amoꝛ. aut q̇s
fallere poſſit amantẽ ſic igitur lucreſia ſcripſit eurialo.

I poſſet animus meus iraſci tibi. iam ſuccenſerẽ. qꝛ
abiturum te diſſimulaſti Sed amat te q̃ꝫ me magis
ſpiritus meꝰ. nullaq̃ꝫ potes ex cauſa aduerſus te mo
ueri Heu mi coꝛ quid eſt qꝺ mihi ceſarem nõ dixiſti receſſu
rum. ille itineri ſeparat. nec tu hic manebis ſcio. quid obſecro
de me fiet. quid agã miſera. vbi requieſcã. ſi me relinquis. nõ
viuo biduum. Per ergo has lr̃as meis lachꝛimis madidas.
perq̃ꝫ tuã dexterã et datam fidẽ. ſi de te quicq̃ꝫ merui. aut tibi
fuit quicq̃ꝫ dulce mecũ. miſerere infelicis amantis Nõ peto
vt maneas. ſed vt tollas me tecũ Fingã me veſperi bethleem
petere velle. vnicãq̃ꝫ recipiã auũ. aſſint illic duo treſue famuli
ex tuis me rapiãt. nihil negocij eſt volentẽ eripere. nec tibi de
decoꝛi puta. nã filius pꝛiami cõiugem ſibi raptu parauit. nõ
iniuriaberis viro meo. is enĩ omino me perditurus ẽ Nanq̃ꝫ
niſi me abducas. moꝛs illi me aufert. ſed nolis tu eſſe crude/
lis. meq̃ꝫ moꝛituram relinquere que te pluris ſemper q̃ꝫ me fe
ci. Ad hec eurialus in hũc modũ reſcripſit Celaui te vſq̃ꝫ
nũc mea lucreſia. ne te nimiũ afflictares anteq̃ꝫ tempus eſſet.
Scio moꝛes tuos noui quia te nimis crucias. nec ceſar ſic
recedit vt nõ ſit reuerſurus ex vꝛbe poſtq̃ꝫ reuenerimus. hac
iter ẽ nobis in patriã. qꝛ ſi ceſar aliam viam fecerit. me certe ſi
vixero reducẽ videbis. negẽt mihi patriã ſuperi. errabũdoq̃ꝫ
ſimilẽ me reddant vlixi. niſi huc reuertar Reſpira ergo mi ani
me. ſumeq̃ꝫ vires. noli te maccerare. quin viue potiꝰ leta. Qꝺ
dicis de raptu eſſet mihi tũ gratiſſimũ tum iocundiſſimum
nec maioꝛ mihi voluptas pꝛeſtari poſſet q̃ꝫ te ſemꝑ mecũ ha/
bere ac meo ex arbitrio potiri. ſed conſulẽdum eſt magis ho/
noꝛi tuo q̃ꝫ mee cupiditati Exigit nanq̃ꝫ fides tua qua me cõ/
plexa es. tibi vt cõſiliũ fidele pꝛebeã ⁊ quod in rem ſit tuã Tu
te ſcis ꝑnobilem eſſe. ⁊ in clara familia nuptã Nomẽ habes
tum pulcherrime. tũ pudiciſſime mulieris. nec apud ytalos
ſolum tua fama claudit. ſed ⁊ teutones et panonij. et bohemi
et omnes ſeptentrionis populi tuũ nomẽ cognoſcũt. qꝛ ſi te

rapiã (mitto dedecus meũ qđ tui cauſa floccifacere) qua ig/
nomina tuos afficeres neceſſarios. q̇bus doloribꝫ matrẽ pũ
geres. q̇d de te diceret. q̇s rumor exiret in orbẽ. Ecce lucreſiã
que bruti cõiuge caſtior. penelopeqꝫ melior dicebat. iam me
chum ſequit̃ imemor parentũ ⁊ patrie. nõ lucreſia. ſed ippia ẽ
vel iaſonẽ ſecuta medea. Heu me quãtus meror. cũ de te ta/
lia dici ſentirẽ. amor noſter clã eſt. nemo te nõ laudat. rapina
turbaret oĩa. nec vnq̃ꝫ tam laudata fuiſti q̃ꝫ tunc vitupareris
ſed mittamus famã quid qđ nos amore noſtro ꝑfrui nõ vale
mus Ego ceſari ſeruio. is me virũ fecit potentẽ. diuitem nec
ab eo recedere poſſum ſine mei ſtatus ruina. ꝙ ſi eũ desererẽ
nõ quirem te decenter habere. Si curiã ſequerer. nulla eſſet
Omni die caſtra mouemus nuſq̃ꝫ ceſari tanta mora fuit quã
ta nunc ſenis. idqꝫ belli neceſſitas facit ꝙ ſi te circũducerẽ. et
quaſi publicã feminã in caſtris haberẽ. vide q̃ꝫ eſſet mihi ⁊ ti
bi decorũ. His ex rebus obſecro te mi lucreſia mentẽ vt iſtã
exuas. honoriqꝫ conſulas. nec furori magis q̃ꝫ tibi plandia/
ris. Alius fortaſſe amator aliter ſuaderet. et vltro te fugere ꝑ
caretur. vt te q̃ꝫ diu poſſet abuteretur. nihil futuri prouidus.
dum preſenti ſatiſfacerẽ egritudini. Sed is nõ eſſet amator
verus. qui libidini magis q̃ꝫ fame conſuleret. Ego mea lucre
ſia qđ frugi eſt moneo Mane hic te rogo. nec me dubita re/
diturum. quicquid apud etruſcos agendũ ceſari. mihi cõmit
ti curabo. daboqꝫ operam vt te frui abs tuo incõmodo poſ/
ſim. Uale viue. ama nec meũ q̃ꝫ tuus eſt ignẽ putato minorẽ
aut me nõ inuictiſſimũ hinc abſcedã. Iterum vale mea ſua/
uitas. et anime cibus mee.

Quieuit his mulier. et impata facturam reſcripſit
Paucis poſt diebus Eurialus cũ ceſare romã perre
xit nec diu moratus illic febribus ẽ incenſus. infelix
penitus qui cũ arderet amore febriũ cepit ignibꝫ eſtuare. cũ
iam vires amor extenuaſſet. adiectis morbi doloribus pa/
rum ſuperat vite. Tenebaturqꝫ ſpiritus medicorum reme/
diis potiꝰ q̃ꝫ manebat. Ceſar dietim ad eum veniebat ⁊ q̃ſi
filium ſolabatur. omneſqꝫ curas appollinis adhibere iube/

bat.ſed nulla fuit valentioꝛ medela ꝙ̃ lucreſie ſcriptū. quo vi
uentē illā et ſoſpitē cognouit. que res aliquātiſper moꝛbū im
minuit Eurialūqꝫ in pedes ſurgere fecit. q̇ et coꝛonationi ce/
ſaris interfuit. ac ibi miliciā ſuſcepit et aurū calcar. Poſt hac
eū ceſar peruſiū peteret. is rome manſit nondū ex integro ſa/
nus. Exemplū ſenas venit ꝙ̃uis adhuc debilis. extenuatuſ
qꝫ faciē. ſꝫ intueri potuit. nō alloqui lucreſiā. Epiſtole plures
vtrimqꝫ miſſe ſunt. Rurſuſqꝫ de fuga tractatū eſt. Triduo il/
lic māſit eurialꝰ. demū cū ſibi aditus oēs videret ereptos. re
ceſſū eiꝰ amāti renūciauit. Nunꝙ̃ tanta dulcedo in cōuer/
ſando fuit. quāta in recedēdo meſticia. Erat in feneſtra lucre
ſia per vicū iam eurialus equitabat. humidos oculos alter ī
alterū iecerat Flebat vnus. flebat alter. ambo doloꝛibꝫ vrge
bant᷑. vt qui ſuis ex ſedibus coꝛ euelli dolenter ſenciebāt. Si
quis in obitu quātus ſit doloꝛ ignoꝛat. duoꝛū amantū ſepa/
rationē cōſideret. ꝙ̃uis maioꝛ hic anxietas ineſt et cruciatus
ingentioꝛ Dolet animus in moꝛte qꝛ coꝛpus relinquit ama/
tū Coꝛpus abſente ſpiritu nō dolet nec ſentit At cū duo in/
uicem cōglutinati ſūt animi. tanto penoſioꝛ eſt ſepatio. quan
to ſenſibilioꝛ eſt vterqꝫ dilectꝰ. Et hic ſane nō erāt ſpūs duo
ſꝫ quēadmoduꝫ putat ariſtophanes. vnius aī duo coꝛpa fa/
cta erāt. Itaqꝫ nō recedebat animꝰ ab animo. ſꝫ vnicꝰ amoꝛ
ſcindebat᷑ in duos. tū coꝛ in partes diuidebat᷑ mentis pars
ibat. et pars remanebat. et omnes inuicem ſenſus diſgrega/
bantur. et a ſeipſis diſcedere flebant. Non manſit in amātiū
faciebus ſanguinis gutta. niſi lachꝛime fuiſſent et gemitus.
ſimillimi moꝛtuis videbantur. Quis ſcribere. Quis referre.
Quis cogitare poſſet illarū mentiū moleſtias. niſi qui aliqn̄
inſanuit Laodomia. recedente pꝛothefilao. et ad ſacras ylij
pugnas eunte exanguis cecidit. Eadem poſt viri moꝛtem
agnouit. viuere amplꝰ minime potuit. Dido phenıſſa poſt
fatalem enee receſſum ſeipſam interemit. nec poꝛcia poſt bꝛu
ti necem voluit ſupereſſe. Hec noſtra poſtꝙ̃ eurialus ex vi/
ſu receſſit. ī terrā collapſa. ꝑ famulas recepta ē. cubiliqꝫ data
donec reſumeret ſpiritū. Ut v̄o ad ſe rediijt. veſtes aureas.
purpureaſqꝫ. ⁊ omnem leticie oꝛnatū recluſit. pulſiſqꝫ tunicis

vſa nunq̄ꝫ poſt hac cantare audita eſt. nunq̄ꝫ viſa ridere. nul/
lis facecijs. nullo gaudio. nulliſqꝫ vnq̄ꝫ iocis in leticia potuit
reuocari Quo in ſtatu dū aliq̄ diu pſeuerat. egritudinē inci/
dit. Et quia cor ſuū aberat. nullaqꝫ menti cōſolatio dari po
terat. Inter multū plorātis brachia matris ac collachriman
tis. et fruſtra cōſolatorijs verbis vtentis. indignantē animā
exalauit Eurialus poſtq̄ꝫ ex oculis nunq̄ꝫ ſe amplius viſuris
abijt. nulli inter eundē locutus. ſolam in mente lucreſiā gere
bat Et an vnq̄ꝫ reuerti poſſet meditabat̄ Venitqꝫ tandē ad
ceſarem peruſij manētē. quē deinde ferariam mantuā triden
tum conſtantiā. et baſileā ſecutus eſt. At demū in hongariā
atqꝫ bohemiā. Sed vt ipſe ceſarem. ſic cū lucreſia ſequebat̄
in ſomnis. nullāqꝫ noctem ſibi quietam permittebat. Quam
vt obiſſe verus amator cognouit. magno dolore pmotus. lu
gubrē veſtem recepit. nec cōſolationem admiſit niſi poſtq̄ꝫ ce
ſar ex ducali ſanguine virginē ſibi tum formoſam. tum caſtiſ
ſimā atqꝫ prudentē matrimonio iunxit Habes amoris exi
tum Mariane mi amantiſſime. non ficti neqꝫ felicis Quem
qui legerint. periculū ex alijs faciant. qđ ſibi ex vſu fiet. Nec
amatoriū bibere poculū ſtudeant) qđ longe plus habꝫ aloes
q̄ꝫ mellis. Vale Ex vienna. quinta nonas iulias Anno im/
perij Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoquarto.

Finit opuſculū Enee Siluij de duob9 amantib9

Epiſtola Enee Siluij poete laureati. ſiue Pij pape ſecū
di ad ypolitum de remedio amoris incipit feliciter.

Neas ſiluius ypolito mediolanēſi Salutez. P.
D. Querebaris mecum nocte preterita ꝙ amori
operam dares nec debilitatum ac vinctum ani
mum ſoluere poſſes. Dixiſti te nec virginem nec
nuptam. nec viduam amare. ſed mulierē q̄uis pulchrā. mere
tricē tamē quibuſlibet viris precij cauſa ſeſe ſubſternentē Id
tibi moleſtū eſſe aiebas Libenterqꝫ amorē hunc te velle po/
ſtergare. ſed viam modūqꝫ neſcire. quo fieri liber et amore va
cuus poſſes Nā et ſi plures ſacerdotes cōſulueris. neminē